Epistola anatomica, problematica, decima et sexta / ad ... Fredericum Ruyschium [with his reply] ... de viis absconditis pulmonum, quibus aër, respirando receptus, in sanguinem penetrat, nec non de vasorum secretoriorum structura mechanica ... Authore Abrahamo Vatero.

Contributors

Vater, Abraham, 1684-1751. Ruysch, Frederik, 1638-1731.

Publication/Creation

Amstelodami : Apud Janssonio Waesbergios, 1727.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/u4jwgu5k

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

EPISTOLA ANATOMICA, PROBLEMATICA DECIMA & SEXTA,

Ad Virum Illustrem

FREDERICUM RUYSCHIUM,

M. Doct. Anatomie ac Botanices Professorem.

DE


Viis absconditis Pulmonum, quibus aër, respirando receptus, in fanguinem penetrat; nec non de Vasorum secretoriorum structura Mechanica, & de sibrillarum nervearum in Cerebro principiis.

Authore

M. ABRAHAMO VATERO, Vitemb. Medicin. Studiofo.



A M S T E L O D A M I, Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS, MDCCXXVII.



Vir Illustris atque Celeberrime



Iraberis haud dubie, me, ne per nomen quidem cognitum Tibi, eo procedere audaciæ, ut his literis in tuum confpectum venire audeam. Neque id Tibi immerito videbitur mirum, cum omnes illi, quos anteceffores in hoc inftituto habeo, Viri Experientiffimi, Artis noftrae Do-

ctores Candidatique, privata Tua informatione iam inftituti fuerint, ad Quorum ingenii bonaeque indolis famam me haud quaquam accedere, mihi ipfi optime fum confcius. Ignofces tamen, Vir Clariflime, huic tanto meo defiderio, quo incenfus, nihil magis in votis habeo, quam ut abfens, cum mihi praefenti nondum licuerit, folidiffima Tua in Re Anatomica informatione frui queam, eamque his literis in me convertendi nunc eft animus.

Annus iam est, & quod excurrit, cum ingenii expoliendi caufa, Mechanismum actionum vitalium explicare, fecundum optimas, ac rationi maxime confentaneas Philosophorum modernorum hypotheses, una vel altera disputatione in animum induxi. Exhibui proinde iam illo tempore harum difputationum primam, de Principio Vitali, quam ea, qua par est, observantia Tibi hic offero, qua præcipua de Illo Philosophorum dogmata recensui, ac pro virium tenuitate illustravi. Instituti igitur mei ratio iam dudum postulasset, ut promissis meis satisfecissem, & structuram organorum Mechanicam, indeque dependentem Mechanismum actionum vitalium, prout nunc ea omnia per Virorum eruditorum industriam patefacta nobis funt, brevibus exposuif-Præterquam autem, quod vario studiorum negotiorumfem. que genere impeditus, animum ad id applicare hactenus non po-· tuerim, obsteterunt etiam quam maxime dubia quaedam, circa structuram ipfam organorum vitæ infervientium obvia, quæ animum meum hucusque ancipitem detinuerunt.

Et quidem respiratio, licet organis peragatur pro voluntate mobilibus, inter actiones vitales primo mihi loco erit nominanda, cum ea sit prima hominis nati operatio, in Eo nunquam

A 2

plane

plane aboleri fine præsentaneo vitæ periculo queat, ac eiuspræterea integritas ad vitam continuandam multum faciat. De eius autem, quem præstat, usu, uti varie inter Physicos disceptatatum fuit ; ita imprimis quæffio exorta eft, utrum particula aëris, per infpirationem intra pulmones recepti, transeat per poros venæ pulmonalis, intra ipfam spectantes, atque adeo impreffione atque impetu immediato in liquidum venofum facto, motum ejusdem promoveat; an vero sola laterali vasorum sanguiferorum compressione, idem aër motum fanguinis, per venam pulmonalem ad cor redeuntis color vividior, maiori potius illius divisioni atque comminutioni, quam novæ aëris accessioni adscribendus sit. Utrumque autem idonea admodum ratione coniungi posse existimo, cum duæ causæ sociæ, quarum utraque fola ad effectum producendum apta eit, inter se consentientes, ac in unum conspirantes, eo fortius agant: modoid sufficientibus experimentis evictum fuerit, dari huiusa odi poros, intra venam pulmonalem hiantes, qui in statu maxime naturali, absque violenta per inflationes iniectionesque distensione, aliquid aëris ex pulmonùm veficulis in fanguinem admittere poffint. Quicquid fit, five mediate, five immediate, five utroque modo fanguinis divisionem adjuvetaër, hoc ipsotamen non solum circulationi per pulmones, sed universo circulo vitali per totum corpus præeffe videtur.

Circuitus deinde fanguinis vitalis, uti æquali prorfus, ac nullatenus interrupta pressione, per universi corporis vala organaque viget, ita admiratione dignum omnino eft, eius, tanquam principii cuiusdam universalis beneficio, varios ac plane heterogeneos in diversis visceribus succos secerni. Cujus rei fundamentum, posthabitisiis, quæ de animabus, spiritibus, facultatibus, fuctionibus, fermentationibus, & præcipitationibus proferri folent, unice in determinata, ac liquori fecernendo proportionata tubulorum configuratione, ingeniose admodum ab hodiernis Mechanico Phyficis collocatur. De eo tamen nondum convenit inter eos, an fola diametri in poris diversitas huic feparationi explicandæ fufficiat, ita ut pro huius exiguitate, fubtilioribus transitus pateat, crassioribus vero interdicatur: an præter hanc concurrat etiam figura ofculorum, quoad fuperficiem interiorem, angulos & latera diffincta, qua non nifieiusdem figuræ particulæ tubulos iftos intrare queant. De

DECIMA & SEXTA.

Denique cum certum omnino sit, non solo fanguinis motu, sed huius atque liquidi nervorum æquali preffura ac æquilibrio, motiones corporis nostri peragi, ratio reddenda videtur, quamobrem ab his duobus principiis, a qualiter prementibus, actiones tam diversæ oriantur, quarum quædam absque prævia mentis cogitatione, & contra voluntatem, fine omni intervallo durant, quædam autem a nutu nostro pendent, quædam tandem medio quasi loco existunt, ita ut quidem per naturam, nobis cogitantibus, continuentur, a nostra tamen voluntate accelerari quodammodo ac fuspendi possit. Clariffimus WILLISIUS (*) distincta distinctis motionibus principia præficit, ita quidem ut cerebrum, per nervos peculiares, affundat fuccum fuum organis, pro voluntate mobilibus, cerebellum autem activas reddat partes continuo movendas: utrumque autem vires fuas coniungat in organis, partim voluntariæ, partim involuntariæmotioni infervientibus. Confentiunt cum WILLISIO Viri celeber. rimi DU HAMEL, (a) VIEUSSENS, (b) PERRAULT (c) BOHNIUS (d) aliique complures, fuamque sententiam experimento confirmant, dum camis vivi cranio aperto, & cerebro discisso, actiones voluntarias aboleri, involuntarias vero durare perhibent: cum e contrario cerebello læfa, hæ in momento definant. De cuius experimenti veritate, cum neque Virorum tantorum auctoritas fide dignissima, neque ipsa ratio dubitare permittat; præterea admodum probabile tit, diversas cerebri provincias distinctum quoque usum habere; nec non ipfe nervorum e cerebro egressus consentiat, libenter huic sententiæ fubscribo: non tamen neglecta organorum ipforum constructio: ne, cum illa quæ pro voluntate moventur, musculis instructa fint, in distinctas regiones tendentibus, reliqua vero, continuo motu gaudentia hoc musculorum apparatu careant. Quandoquidem autem multæ adhuc difficultates, circa fibrillarum nervos conflituentium origines, occurrunt, ex Te, Vir Amplisfime, scire cupio, quisnam sit verus nervorum singulorum or-

A 3

(*) Anat Cerebr. C. XV. XVI, XVII. & XVIII.

(a) De Corp. animat. L. IV. C. I.
(b) Neurograph. Univerf. L. I. C. XX.

(c) Mechanique des Animaux. P. II. c. 7. (d) In Renuntiatione Vulnerum Sect. II. C. I.

tus, non tam quoad funiculos ipsos, quam fibras easdem com-

Trium horum dubiorum folutionem, utut vel ex viva Præceptorum meorum informatione accipere, vel ex eruditiffimis tum quorundam Anatomicorum recentiorum fcriptis tum præcipue egregiis Tuis, Vir Celeberrime, inventis ac præparationibus, quas confignatas orbi erudito communicafti, haurire potuissem : Non potui tamen non eorum explicationem his literis abs Te petere, partim ut Tibi quodammodo innotescerem, ac Tuam mihi benevolentiam conciliarem, antequam ipfe ad Te venirem: partim ut maiori cum animi certitudine, organorum vitalium constructionem actionemque mechanicam, Tua fretus auctoritate, in rebus Anatomicis præcipua, confignare queam. Tibi enim foli, fi ulli unquam, extremitates vaforum, ad minimum quorundam, ac pororum figuræ, propter affiduas liquorum iniectiones, ac curiofiflimas vifcerum præparationes, intueri concessum fuit, ut adeo Tibi in iis, quæ Te vidisse confiteris, maxima fides adhibenda sit. Neque tamen huic meo fingulari defiderio fatisfecissem, nisi excitatus admonitione Celeberrimi BERGERI, Collegæ atque Amici Parentis mei conjunctiffimi, ac Patroni non minus, quam Præceptoris mei maximopere suspiciendi. Hunc Virum, mihi colendum, Te in finu admodum fovere, cum me non omnino fugiat, per Illum Tuam me gratiam ac benevolentiam acquifiturum, nullus dubito. Quamobrem vehementer etiam atque etiam abs Tepeto atque contendo, meæ cupiditati tantum des, & vel tribus faltem verbis, Tuam de his dubiis sententiam scire me permittas. Facies hoc ipfo rem, non folum mihi, fed universo Orbi erudito gratiflimam, ac Tanto Viro dignam. Ego vero non folum animo absens, sed occasione data præsens, verbis gratias Tibi agam maximas, & femper permanebo

Amplissimi Tui nominis

cultor affiduus atque perpetuus

Vitembergæ Die X. Calend. August, M. DCC. VIII.

6

M. ABR. VATER, Vitemb. Medicinæ Studiosus.

FRE-

FREDERICI RUYSCHII RESPONSIO,

Ad Virum Dollifimum

M. ABRAHAMUM VATERUM.

Medicinæ Studiosum eruditissimum

IN EPISTOLAM ANATOMICO - PROBLEMATICAM

DECIMAM & SEXTAM

De Viis abfconditis Pulmonum, quibus aër, refpirando receptus, in fanguinem penetrat; nec non de Vaforum fecretoriorum structura Mechanica, & de fibrillorum nervearum in Cerebro principiis.

M. ABRAHAMO VATERO

Viro Doctifimo

FREDERICUS RUYSCHIUS.



Uæ mihi in Epiftola tua Anatomica, Problematica propofuisti, tanti funt ponderis & tam recondita, ut ne ingenia quidem acutissima hactenus suffecerint ad illa enucleanda; itaque credere noli, me illos nodos plane foluturum effe, præfertim cum illa oculorum aciem fugiant & autopticødemon.

strari non possint, & hinc non inepte abs te abscondita dicantur : tentabo tamen, quantum potero, aliquam his lucem affundere, & quæ mea sit sententia, lubens communicabo.

Itaque

Itaque quod 1^m. Problema attinet, fc: quæ sint viæ absconditæ per quas aër respirando receptus, in Sanguinem penetret. Resp. Aërem per Pulmonem sanguini immisceri, in totum negari quidem non posse, sed omnem aërem, quo sanguis impletur, deserri per Pulmonem in sanguinem (salvo aliorum judicio) affirmare non ausim, cum viæ adsint, quæ non minus aptæ natæ sint, ad illud præstandum, de quibus infra.

Aërem per Bronchiorum extremitates capillares in infpiratione comprimi in membranofas & veficularcs cellulas, Pulmonem maxima parte constituentes, vel lippis ac tonsoribus notum.

Omnes membranas corporis nostri latice seroso irrorari certum esse existimo, non autem prætensarum Glandularum Malpichii & Stenonis ope, quas nemo demonstrare potest: illud autem extremis arteriolis, tomenti instar, tenuibus, adscribendum esse censeo.

Aërem facile misceri cum liquore aquoso, quis negabit? præfertim cum nihil notius, quam quod aër in laticem aquosum, & hic denuo à calore in aërem reduci possit.

Vafa lymphatica non folum, verum etiam venularum extremitates porofas esse, illorumque poros esse recipientes & admittentes, ex fanguinis circulatione & artificiosa vasorum mea repletione, fatis superque constare mihi videtur.

Hisce positis, existimo, aërem per Pulmonis Bronchia in dictas membranaceas cellulas vesiculares, compressum, Musculorum thoracis & diaphragmatis ope, illic tandem combinari & misceri, cum latice aquoso aut seroso, per ultimas extremitates roris instar in dictas cellulas esfuso.

Serofitatem fanguinis cum aëre ita commixtam, tandem ab extremis ramufculis Venarum, ut & Lymphaticorum vaforum abforberi & in fanguinem deferri, puto.

Dixi fuperius omnes corporis nostri membranas continuo irrorari latice feroso, ex Arteriarum extremis oriundo: illud autem confirmat replendi methodus mea nova, quâ luculentissime in meis præparatis exhibeo & demonstro ceraceam materiam ex ultimis omnino extremitatibus arteriolarum roris instar ita effundi, ut objecta summa rubedine sint persusa, idque sine ulla extravasatione præternaturali.

Si quis ejusmodi objecta domi meæ perlustraverit, sive arma-

tis,

tis, five inermibus oculis, facile in fententiam meam defeendet, nam clare videri potest dicta ceracea materia, quæ fumi aut roris instar ex poris emittentibus exitum sibi quæsivit, quemadmodum fanguinis chylo-ferositas (ut ita loquar) in homine vivo.

Interim, Vir Solertiflime, credere non poflum aliquem offenfurum effe ad illum lapidem, fc: quod flatuerim in ultimis omnino extremitatibus Arteriolarum, loco fanguinis rubri in flatu perfectiore & fano, laticem Chylo-ferofum hofpitari; illud enim fatis fuperque conflat in cute & aliis corporis partibus: fanguis enim rubedinem exuit, antequam viam ad ultimum extremum abfolverit.

Cum autem tantum aëris per Pulmonem introducti non fufficiat ad vitam fustentandam, existimo, alias haud minus aptas reperiri vias, pro fanguinis aditu in fanguinem, fc: poros cutaneos admittentes, talesque existere æque ac emittentes.

Hoc luculenter conflat ex Mercurio & Cantharidum applicatione fuper cutem, per hofce, aëris aditus in corpus noftrum non minus denegatur, quam Mercurio aut Cantharidibus: eoque introducto per aëris ambientis compressionem, miscetur cum ferossitate, qua perfusæ sunt, ut supra dixi, partes interiores, quæ miscela tandem absorbetur ab extremis venulis & Vasis Lymphaticis,

In flatu fano & perfectiore, tantum, quantum requiritur aëris, in fanguinem defertur; non raro tamen contingit maffam fanguineam obrui à nimia aëris copia, quemadmodum fæpius fit in iis, qui fubito è medio tolluntur, ficuti obfervavi in muliere, quæ fubito ultimum diem obierat, ejusque cadaver cultro Anatomico fubjeceram; quid fit? aperto Thorace, Cor flupendæ erat magnitudinis, ab aëre, quo plenum erat, absque ullo fere fanguine, id quod palam factum cufpide cultelli; ea enim adacta tam fubito fubfidebat Cor, ac Vefica aëre repleta, & cufpide cultelli attacta.

Talem affectum lethalem fieri existimo, à nimia aëris copia, quæ in corde locupletata & copulata sanguinis aditum in Cor præpedivit.

Quod ad IIm. Problema attinet, sc: de Vasorum secretoriorum structura mechanica: cum illud multum molestiæ hactenus attulerit, & nondum mihi ea in re satisfacere potuerim, sicco B pede

TO RESPONSIO FREDERICI RUYSCHII.

pede transire cogor, donec Mammarum, Parastatarum &c Vasa luculentius perscrutatus fuero.

Relictis illis, ad IIIm. me conferam, sc: de Fibrillarum nervearum in Cerebro principiis.

Hasce fibrillas originem habere existimo ex tractibus medullaribus Medullæ oblongatæ, idque principio subtilissimo, præfertim circa Nucham, membranula Arachnoidea obductæ, è qua membrana tamen non proveniunt, uti Cl. Blass, ejusque sectatores statuerunt; nam hi tractus medullares, antequam Medullam relinquunt, & nondum Nervorum nomine appellantur, non sine artificiosa encheyres in conspectum producuntur, ea propter illos, ne unquam quidem ab aliis vidi demonstratos in subjecto ipso: imò, quid concludendum sit ex illorum figuris, aliis judicandum relinquo; quicquid ego hac de re delineandum curavi, demonstro & objecta ipsa refervo.

In Fig. Epist. 2. Tab. 15. Anatom. Problem. XII delineandam portionem Medullæ oblongatæ cum fuis tractibus longitudinalibus, & hitce fubstratis orbicularibus.

Qui veram notitiam hujus rei satagit, monendus est, nè coquat Cerebrum, sed retineat in statu naturali, sicuti ego sacio & refervo, ita ut vitæ speciem referat, tantum nonnihil indurando per liquorem convenientem.

Rejiciendum quoque, quod nonnulli faciunt, qui post indurationem in segmenta digitis distringunt Cerebrum, quo facto, striæ apparent, sicut in caseo non admodum indurato, & in partes dilacerato, easque nobis obtrudere conantur pro tractibus Cerebri.

Hifce Vale, Doctiffime Vir, meque amare pergito.

era mechanica: cura illud multium moletica hactanas at-

Dabam Amftælodami in Muíæo, d. 10. Decemb. 1713.